



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1844**

VIII. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Wusterhausen die Zollgerechtigkeit, im Jahre 1329.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54407](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54407)

Hermannus de Redern, milites nostri et Vasalli. Ut autem hoc inviolabile in sempiternum perseveret, hanc literam nostris sigillis fecimus firmissime muniri. Actum et datum antiquae Ruppin, Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto, Dominica Quasimodogeniti, per manum Domini Bernardi nostri Protonotarii.

Nach Dieterich a. a. D. S. 52 u. 53, und Buchholz Gesch. d. Churm. V. S. 49.

VII. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Wusterhausen ihre alten Privilegien, i. J. 1326.

Litera Domini Ludovici Marchionis Brandenburgensis confirmans omnes Literas Dominorum Marchionum Antecessorum \*) — Testes nobiles Domini Gunther et Adolphus, Comites de Lindowe, Hermannus de Redere, Betheke de Wildberg, Wernerus de Arneborch et Gunther de Sandowe, nostri milites, cum aliis pluribus fide dignis. Datum Reppyn in nostra presentia, Anno Domini MCCCXXVI, feria quinta proxima ante Dominicam Reminiscere, per manum Hermannii de Luchowe, nostri notarii Prepositi Stolpenfis\*\*)

Verfornie Urkunde\*) nach dem Grund- und Lagerbuche zu Wusterhausen vom Jahre 1714, da die Urkunde noch existirte und \*\*) nach einem von Dieterich a. a. D. S. 53 mitgetheilten Fragmente derselben.

VIII. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Wusterhausen die Zollgerechtigkeit, im Jahre 1329.

In nomine Domini Amen. Nos Lodewicus, Dei gratia Brandenburg. et Lusatiae Marchio, Comes Palatinus, Dux Bavariae, sacri Imperii Archi-Camerarius, fatemur praesentibus manifeste, quod cum fideles et dilecti nostri cives civitatis nostrae Wosterhusen thelonium, eidem civitati adiacens, cum omnibus suis fructibus, pertinentiis, et cum proprietate pro quibusdam debitis, vice et nomine illustris quondam Principis Woldemari Marchionis, Praedecessoris nostri bonae memoriae, rite perplexi in recompensam suorum debitorum receperint ab eodem, licet ejusdem principis literas non habeant cives memorati, nos tamen per fideles nostros sufficienter edocti, quod saepe dicti cives meram et plenam justitiam videantur habere ad thelonium memoratum, unde donationem ipsis per praefatum illustrem Woldemarum factam in his scriptis confirmamus, imo dantes et donantes memoratis civibus de Wosterhusen thelonium praedictum cum omni jure, fructu et cum omnibus pertinentiis suis et cum proprietate, ita quod nobis aut nostris successoribus in eo nihil juris reservamus, renunciantes in his scriptis saepe dicto thelonio renuntiatione debita et solenni. Ut autem haec nostra praefens donatio maneat perpetuis temporibus inconcussa, praesentes literas scribi fecimus, et nostri sigilli robore authentice communiri. Testes sunt nobilis vir Guntherus Comes de Lindowe, Hinricus de Stegelitz, Bethmannus de Holscendorp, Henningus Scadebart, Hinricus de Sydowe, Wernerus de Arneborch, Hermannus de Reder milites, Hermannus de Reder, Henningus de Berlin, Famuli, Hermannus de Luchowe, et plures alii de nostra Familia fide digni. Datum Liwenwaldis de nostra certa scientia, in die beati Lucae Evangelistae, Anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo nono.

Nach Dieterich a. a. D. S. 56, wo das Zeugenverzeichniß fehlerhaft ist, Hinricus de Regelitz, Bechmannus de Holstendorp etc.



IX. Eine Urkunde des Pseudo-Markgrafen Woldemar für die Stadt Wusterhausen, v. J. 1349.

— ist in dem Grund- und Lagerbuche der Stadt vom Jahre 1744, da selbige noch existirte, nur mit der Bemerkung erwähnt: „Litera Domini Marchionis Woldemari reveri sua de peregrinatione, data Kyritz 1349“. Jetzt ist derselbe nicht mehr aufzufinden gewesen.

X. Markgraf Ludwig bestätigt der Stadt Wusterhausen ihre Rechte und Freiheiten, namentlich den Zoll und das Holzungsrecht im Rodan, im Jahre 1351.

Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie Marchio, sacri Romani imperi Archicamerarius, Comes Palatinus Reni, Bauarie et Carinthie dux, Tyrolis et Goritie comes nec non Aquilejensis, Tridentinensis et Brixienis ecclesiarum Aduocatus, singulis et uniuersis presentia uisuris salutem et noticiam subscriptorum. Quamuis fideles nostros ciuitatis Wusterhusen ciues ad Nobilem uirum Viricum comitem de Lindow, auunculum et capitaneum nostrum generalem dilectum, hereditarie sibi committendo remisimus et resignauimus, attamen ipsos nunc, uelut prius, cum nobis subiecti fuerunt, tueri uolumus et in omnibus ipsorum iuribus et libertatibus suis et specialiter in theloniis tam in aquis quam in terris nostris marchie apud predecessores nostros marchiones Brandenburgenses felicis recordationis et etiam apud nos hactenus habitis et obseruatis, uelut in ipsorum marchionum Brandenburgensium predecessorum nostrorum et nostris priuilegiis ipsis desuper datis, exprimitur, gratiosus conservare. Poterunt etiam ligna de nemore nostro dicto Rodan infra fluuium Doffe pro suis uisibus legitimis recipere et sicut antiquitus usque in hodiernum diem facere consueuerunt, deducere, nostro, heredum et officiorum nostrorum presencium et futurorum impedimento quolibet quiescente. In cuius testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes uero sunt Reuerendus in Christo Pater dominus Borchardus hanelbergensis ecclesie episcopus, auunculus noster dilectus, nec non strenui uiri Hermannus de Rederen, Wilhelmus Bombrecht Pincerna noster, Petrus de Breydow, Dypoldus Heel Marchalcus noster et Otto de Helbe cum ceteris pluribus fide dignis. Datum in ciuitate nostra Kyritz, Anno Domini MCCCLI, feria tertia infra octavam epiphanie Domini.

Nach einer Copie des Geheimen Staats-Archives R. 55. I. II. Fehlerhaft bei Buchholz Gesch. der Churm. Thl. V, S. 98 und Dieterich a. a. D. S. 64.

XI. Fundationsbrief der Kapelle des heiligen Stephan vor dem Kampehlischen Thore zu Wusterhausen, vom Jahre 1351.

Diese Urkunde ist in dem Grund- und Lagerbuche der Stadt Wusterhausen vom Jahre 1744, als damals noch vorhanden aufgeführt, existirt indessen gegenwärtig nicht mehr.